



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Lazarvs Conf. 23. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

Aliàs Crucifixo inhærens multa gemitibus rogabat, cùm è cruce Christus: *quid vis misera? Illa nihil aliud præter te Domine. Ignosce MARGARITA, avara nimium es. aut verò dic, poterásne amplius exigere? Ex Ann. Minorum.*

S. LAZARVS CONF.

23. Februarii.

Pictorem pingimus, utinam suis coloribus & tam bonis, quàm bonis ille alios Divos depinxit! LAZARVS est Monachus idem & Apelles, sed sanctior illo altero, ut qui non jam Veneres Cupidinesque (oculorum laqueos) sed VIRGINEM & in VIRGINIS sinu VIRGINEM AMOREM, aliosq; cali indigetes animare penicillo solitus est, eoq; studiosius, quòd sub eadem tempora Theophilus Imp. sublata è medio omnia Divorum monumenta veller, omnibusq; pœnis in eos sæviret, qui non conspuerent hæc pedibusq; calcarent. Pugnat ergo contra barbarum furorè doctâ manu LAZARVS, & peniculo reparabat, quidquid ferro ille in templis vel deleverat, vel deformarat. Captus igitur & ultimis tormentis excarnificatus in ipso tamen carcere tot trophæa de Theophilo posuit, quot icônas Divorum (plurimæ erant) pinxit. Tunc enim verò excanduit irâ tyrannus, ferroq; & ipso candenti patro-

patronas Divorū manus eò usque fœ-
dum in modum adussit, dum exanime
corpus dolori succumberet. Neque sic
tamē afflictus manus victas dedit LA-
ZARVS, sed precibus Imperatricis vitā
donatus continuò in fanò D. Baptistæ
eiusdem imaginem exornare aggressus
est. Idem in aliis templis, sublato è vi-
vis Theophilo, factitavit, felici semper
manu, etsi non haberet jam manum.
Ex Curopal. & Zona.

B. NICOLAVS C. 23. Febr.

Nesciunt, qui aras struunt ornant-
que quàm propè absint ab eo, cui
struunt, cui ornant. At scire poterunt,
si velint. Audierat jam vocantē DEVM
NICOLAVS, & monachum indutus
aram curabat, cùm Christus talem illi
se objecit, qualis inter Apostolos ob-
ambulare terras visus est, & iteratò ad
signa sua illis verbis invitavit: NICO-
LAE *sequere me.* Nimirum erat hoc
currenti stimulos addere, contra quos
toties hodie (cum DEVS à mundi ube-
ribus avocat) ignavi cunctatores calci-
tramus etiam. Nec adeò multum tem-
poris abiit, cùm NICOLAO facienti
amicus Christus non jam post cancel-
los, hoc est panis nubem, sed qualem
Angelorū oculis homines invidemus,
prospicere visus est; ut post tantos Nu-
minis favores minùs jam mirer fami-
liarem